

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Augustini in euangelium secundum Iohannem sermones
CXXIII - Cod. Aug. perg. 47**

Augustinus, Aurelius

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Sermo XLVIII

[urn:nbn:de:bsz:31-64194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-64194)

sed eius qui & animam & carnem ubi haec adimplerentur adsumpsit; hoc inquit mandatum accepi a patre meo; uerbum non uerbo accepi mandatum sed in uerbo unigenito patris est omne mandatum. Cum autem dicitur filius a patre accipere quod substantialiter habet. quomodo dictum est. sicut habet pater uitam in semetipso. sic dedit filio habere uitam in semetipso. cum filius ipse sit uita. Inquire non potestis minuitur. sed generatio eius ostenditur. quoniam pater non quasi filio qui imperfectus est natus. aliquid addidit. sed ei quem perfectum genuit. omnia gignendo dedit. Ita illi dedit suam aequalitatem. quem non genuit in aequalem; sed haec loquente domino quoniam lux lucebat in tenebris. & tenebrae eam non comprehendebant. Dissensio iterum facta est inter iudaeos propter sermones hos; dicebant autem multi ex ipsis; daemonium habet & insanit. quid eum auditis. iste fuerant densissimae tenebrae; alii dicebant. haec uerba non sunt daemonium habentis; Numquid daemonium potest caecorum oculos aperire. iam istorum oculi coeperant aperiri; **EXPLICIT SERMO XLVII**

INCIPIT XLVIII AB EO QUOD AIT. FACTASUNT AUTEM ENCHENIA IN HIEROSOLYMIS USQUE AD IO QUOD SCRIPTUM EST OMNIA AUTEM QUAE CUMQUE DIXIT IOHANNES DE HOC UERAE ERANT ET MULTI CREDIDERUNT IN EUM.

Quod iam commendavi dilectioni uestrae stabiliter meminisse debetis. sanctum iohannem euangelistam noluisse nos semper lacte nutrirī. sed solido cibo uesci; quisquis autem adsumendum cibum solidum uerbi dei adhuc minus idoneus est. lacte fidei nutriatur. & uerbum quod intellegere non potest. credere non cunctetur; fides enim meritum est. intellectus premium & in ipsa labore intentionis desudat acies mentis nostrae. ut ponat sordiculas nebulae humanae. & serenetur ad uerbum dei; non ergo recusetur labor. si adest amor; nostis enim quoniam qui amat. non laborat; Omnis labor non amantibus grauis est; Sitantior labores cum auaris portat cupiditas. nobiscum non portat caritas. & euangelium intendite; factasunt autem enchenia in hierosolymis; enchenia festiuitas erat dedicationis templi; grece enim chena dicitur nouum. & quando cumque nouum aliquid fuerit dedicatum. enchenia uocatur; tam & usus habet hoc uerbum. Siquis noua tunica induatur. encheniatus dicitur; Illum enim diem quo templum dedicatum est. iudaei sollempniter celebrabant; ipse dies festus agebatur. & cum ea quae electa sunt loquutus est dominus; hiems erat. & ambulabat ihesus in templo in porticu salomonis; circumdederunt ergo eum iudaei & dicebant ei; Quousque animam nostram tollis. si tu es christus. dic nobis palam; Non ueritatem desiderabant. sed calumniam praeparabant; hiems erat & frigidi erant; ad illum enim diuini igne

accedere pigri erant; sed accedere est credere, qui credit accedit, qui ne-
gat recedit; non mouetur anima pedibus, sed affectibus; frigerant adili-
genti circitate, & ardebant nocendi cupiditate, longe aberant & ibi erant, si
accedebant credendo, & praemebant persequendo; quaerebant audire ad dno,
ego sum xps. & fortasse de xpo secundum hominem sapiebant, praedicauerunt
prophetae xpm, sed diuinitatem xpi & in prophetis & in ipso euangelio ne here-
aci intellegunt. quanto minus iudaei, quam diu uelamen est super cor eorum.
Deniq. quodam loco sciens dñs ihs eos de xpo secundum hominem sapere, non
secundum dñm, secundum id quod homo erat, non secundum id quod dñs & iam
ad sumpto homine permanebat. At illis. Quid uobis uidetur de xpo, cuius est
filius, responderunt secundum opinionem suam, dauid; sic enim legerant,
& hoc solum tenebant, quia diuinitatem eius legebant, sed non intellegant,
Dñs autem ut eos suspenderet ad quaerendam eius diuinitatem, cuius con-
temnebant infirmitatem. Respondit eis; quomodo ergo dauid in spū dicit eū
dñm. Dixit dñs dño meo, sede ad dextris meis, donec ponam inimicos tuos
sub pedibus tuis; si ergo dauid in spū dicit eum dñm, quomodo filius eius est.
Non negauit, sed interrogauit. ne quis hoc cum audierit, putet quod dñs ihs
negauerit se filium esse dauid; filium dauid dñs xps si negaret, caecos sic eū
inuocantes non inluminaret; transibat enim aliquando, & duo caeci seden-
tes iuxta uiam clamauerunt, miserere nostri fili dauid; qua uoce audita
miseratus est. stetit, sanauit, lumen dedit, quia nomen agnouit; Dicit & apos-
tolus paulus, qui factus est ei ex semine dauid secundum carnem, & ad timo-
theum, memor esto xpm ihs resurrexisse a mortuis ex semine dauid secun-
dum euangelium meum; quia de semine dauid originem maria uirgo ducebat
inde dñs de semine dauid; hoc pro magno iudaei xpo quaerebant, ut si dice-
ret, ego sum xps, secundum quod illi solum sapiebant de semine dauid, calū-
niarentur quod sibi adrogaret regiam potestatem; plus est quod eis respondit,
illi de filio dauid uolebant calumniari, ille filium dñi se esse respondit, & quo-
modo, audi. Respondit eis ihs. Loquor uobis, & non creditis; opera quae ego
facio in nomine patris mei, haec testimonium perhibent de me, sed uos non
creditis, quia non estis ex ouibus meis; iam supra didicistis quae sint oues,
estote oues; oues credendo sunt. oues pastorem sequendo sunt. oues redemp-
torem non contemnendo sunt. oues per ostium intrando sunt. oues exeundo
& pascua inueniendo sunt. oues ad aeternam perfruendo sunt; quomodo ergo istis
dixit, non estis ex ouibus meis, quia uidebat eos ad sempiternum interitum
praedestinitos, non ad uitam aeternam sui sanguinis pretio comparatos;
Oues meae uocem meam audiunt, & cognosco eas, & sequuntur me, & ego uitā

a&ernam do eis; ecce sunt pascua; si recolitis superius dixerat. & ingredie-
 tur & egredietur & pascua inueniet; Ingressi sumus credendo. egredimur
 moriendo. sed quomodo per ostium fidei ingressi sumus. sic fideles de corpo-
 re exeamus; Sic enim per ipsum ostium egredimur. ut pascua inuenire pos-
 simus; bona pascua uita a&erna dicitur. ubi nulla herba arescit. totum uiret.
 totum uiget; sol & quaedam herba dici. semper uiuit. ibi solum uiuente inuenitur;
 uitam a&ernam inquit dabo eis ouibus meis. uos calumnias propterea quaeri-
 tis. quia de uita praesenti cogitatis. & non peribunt in a&ernum. sub audis. taquam
 eis dixerit. uos peribitis in a&ernum. quia non estis ex ouibus meis. & non rapit eas
 quisquam de manu mea; Intentius accipite; Pater meus quod dedit mihi maius
 est omnibus; quid potest lupus. quid potest fur & latro. non perdunt nisi ad in-
 tertum praedestinos; De illis autem ouibus de quibus dicit apostolus. nouit
 dñs quisunt eius. & quos praesciuit ipsos & praedestinauit. quos autem praedes-
 tinauit ipsos & uocauit. quos autem uocauit. illos & iustificauit. quos autem
 iustificauit. ipsos & glorificauit. De ouibus istis. nec lupus rapit. nec fur tollit.
 nec latro interficit. securus est de numero earum. qui pro eis nouit quod de-
 dit. & hoc est quod ait. non rapit eas quisquam de manu mea; & item ad patrem.
 pater meus quod dedit mihi maius omnibus est; quid dedit filio pater maius
 omnibus. ut ipse illi esset unigenitus filius; quid est ergo dedit. iam erat cui dedit.
 angignendo dedit. nam si erat cui dedit & ut filius esset. erat aliquando & filius nō
 erat. absit ut aliquando dñs xpi fuerit. & filius non fuerit; De nobis hoc dici po-
 test. aliquando filii hominum eramus. filii dī non eramus; nos enim filios dī gra-
 tia fecit. illum natura. quia ita natus est. & non est ut dicas. non erat antequā
 natus erat; numquam enim non natus erat. qui patri coa&ernus erat; qui sa-
 pit capiat. qui non sapit credat. nutriatur. & capiat uerbum dī. semper cū patre.
 & semper uerbu. & quia uerbum. ideo filius. semper ergo filius. & semper aequi-
 lis; non enim crescendo sed nascendo aequalis est. quis semper natus est de patre
 filius. de dō dī. de a&erno coa&ernus. pater autem non de filio dī. filius de patre
 dī; Ideo pater filio gignendo dedit ut dī esset. gignendo dedit ut sibi coa&ernus
 esset. gignendo dedit ut aequalis esset. hoc est quod maius est omnibus; Quo-
 modo uita filius. & habens uitam filius. quod habet hoc est; tu aliud es. aliud habes.
 uerbi gratia. habes sapientiam. numquid tu es ipsa sapientia. Deniq. quia nō
 es tu ipse quod habes. si amiseris quod habes. reddis ut non habes. & aliquando
 resumis. aliquando amittis. quomodo oculus noster non in se ipso habet inse-
 parabiliter lucem. aperitur & capit. clauditur & amittit; Non sic est dī dī
 filius. non sic est uerbum patris. non sic est uerbum quod non sonando transit.
 sed nascendo manet. sic habet sapientiam. ut ipse sit sapientia. faciatq. sapientes.

— Si habet uitam ut ipse sit uita, faciatq; uiuentes; hoc est quod maius est om-
 nibus; Adtendit iohannes ipse euangelista caelum & terram uolens dicere
 de filio dī. adtendit & transcendit; Cogitauit supra caelum milia exercitus
 angelorum. cogitauit & transcendit uniuersa, sicut aquila nubes, sic sua men-
 te creaturam transcendit, magna omnia. peruenit ad illud quod maius est
 omnibus, & dixit, In principio erat uerbum; sed quia ille cuius est uerbum,
 non est de uerbo. uerbum autem de illo, cuius est uerbum. ideo ait, quod de-
 dit mihi pater, id est ut sim uerbum eius, ut sim unigenitus filius eius, ut sim
 splendor lucis eius, maius est omnibus. Ideo nemo rapit inquit oues meas
 de manu mea; Nemo potest rapere de manu patris mei. De manu mea, & de
 manu patris mei; quid est hoc. nemo rapit de manu mea & nemo rapit de
 manu patris mei. utrum una manus est patris & filii. An forte ipse filius manus
 est patris sui. si manum intelligamus potestatem, una est patris & filii potestas,
 quia una diuinitas; Si autem manum intelligamus sicut dictum est per pro-
 phetam. & brachium dñi cui reuelatum est. manus patris est ipse filius;
 quod non ita dictum est tamquam dñs habeat humanam formam, & quasi cor-
 poris membra, sed quod per ipsum facta sunt omnia; Nam solent homines
 dicere manus suas esse alios homines, per quos faciunt quod uolunt; aliquando
 & ipsum opus hominis manus hominis dicitur quod fit per manum, sicut dici-
 tur quisq; agnosce manus suam, cum id quod scripsit agnoscat; Cum ergo
 multis modis & iam hominis dicatur manus, qui proprie manum habet in sui
 corporis membris, quanto magis non uno modo intelligendum est cum legitur
 manus dī, cui forma corporis nulla est. Ac per hoc melius hoc loco manū patris
 & filii intelligimus potestatem patris & filii. Ne forte cum hic manum patris
 ipsum filium dictum acciperimus, incipiat carnalis cogitatio & iam ipsius filii
 quae est filium, quem similiter credit xpi manum; Ergo nemo rapit de ma-
 nu patris mei, hoc est nemo rapit mihi; sed ne forte adhuc titubet, audi quid
 sequitur. Ego & pater unum sumus; huc usq; iudaei tolerare potuerunt, audi-
 erunt. ego & pater unum sumus, & non per tulerunt. & mox suo duri ad lapi-
 des cucurrerunt; Tulerunt lapides ut lapidarent eum. Dñs quia non pati-
 ebatur quod nolebat pati, & non est passus nisi quod uoluit pati. adhuc eos la-
 pidare cupientes alloquitur; Sustulerunt lapides iudaei ut lapidarent illū;
 Respondit eis ih̄s; multa opera bona ostendi uobis ex patre meo, propter quod
 eorum opus me lapidatis. & illi responderunt; De bono opere non lapidamus
 te, sed de blasphemia; & quia tu homo cum sis, facis te ipsum dñm; Ad illud hoc
 responderunt quod dixerat. ego & pater unum sumus; Ecce iudaei intelle-
 xerunt, quod arriani non intellegunt; ideo enim irati sunt, qñm n̄ senserūt

non posse dici. Ego & pater unum sumus, nisi ubi aequalitas est patris & filii,
 Dñs autem uidet & quid responderit tardis; uidit eos non ferre splendore
 ueritatis, & eum temperauit in uerbis; Nonne scriptum est in lege uestra,
 id est uobis data. quia ego dixi diu estis. Dñs dicit per propheta in psalmo homi-
 nibus. ego dixi diu estis; & legem appellauit dñs generaliter omnes illas scrip-
 turas, quam uis alibi specialiter dicat legem a prophetis eam distinguens, sicut
 est lex & prophetiae usque ad iohannem. & in his duobus praeceptis tota lex
 pendet & prophetiae; aliquando autem in tria distribuit easdem scripturas,
 ubi ait. Oportebat impleri omnia quae scripta sunt in lege & prophetis, &
 psalmis de me; Nunc uero & iam psalmos legis nomine nuncupauit. ubi
 scriptum est. ego dixi diu estis; Si illos dixit deos ad quos sermo diu factus est,
 & non potest solus scripturas quem pater sanctificauit & misit in mundum. uos
 dicitis quia blasphemias. quia dixi quia filius di sum. si sermo di factus est ad
 homines ut dicerentur diu, ipsum uerbum di quod est apud dñm, quomodo
 non est dñs. Si per sermonem di fiunt homines diu, si participando fiunt diu,
 unde participat non est dñs. Si lumina in luminata diu sunt. lumen quod in-
 luminat non est dñs. Si calefacti quodammodo igne salutari diu efficiuntur,
 unde calefiunt non est dñs. Accedis ad lumen, in luminaris, & inter filios di
 numeraris, si recedis a lumine, obscuraris, & in tenebris computaris, illud tamen
 lumen nec accedit ad se, quia non recedit a se; Si ergo uos deos facit sermo di,
 quomodo non est dñs uerbum di. Pater ergo sanctificauit filium suum, & misit
 in mundum; forte aliquis dicat. Si pater eum sanctificauit. ergo aliquando non
 erat sc̄s; Sic sanctificauit, quomodo genuit; Ut enim sc̄s esset & gignendo ei dedit,
 quia sc̄m eum genuit; Nam si quod sanctificatur, ante non erat sc̄m, quomodo
 dicimus dō patri. sanctificatur nomen tuum. Si non facio opera patris mei, nolite
 credere mihi; si autem facio, & si mihi non uultis credere, operibus credite, ut
 cognoscatis & credatis, quia in me est pater, & ego in illo; Non sic dicit filius in
 me est pater, & ego in illo, quomodo possunt homines dicere; Si enim bene co-
 gitemus, in dō sumus, & si bene uiuamus, dñs in nobis est; fideles participantes
 eius gratia in luminati ab ipso in illo sumus, & ipse in nobis; sed non sic unigenitus
 filius; ille in patre & pater in illo, tamquam aequalis in eo cui est aequalis; Deniq;
 nos aliquando possumus dicere, in dō sumus, & dñs in nobis. ego & dñs unum sumus;
 numquid possumus dicere. In dō es, quia dñs te comans, dñs est in te, quia templū
 di factus es; Sed numquid quia in dō es, & dñs est in te, potes dicere. qui me uidet
 dñm uidet, quomodo unigenitus dixit. qui me uidet uidet & patrem. Ego &
 pater unum sumus. Agnosce proprium dñi, & munus serui; proprium dñi
 est aequalitas patris, munus serui, est participatio saluatoris; Querebant

eum prendere; utinam prenderent, sed credendo, & intellegendo. non saeuendo, & occidendo; Nam modo fr̄s mei quando talia loquor, infirmus fortia, paruus magna, fragilis solida, & uos tanquam ex eadem massa unde sum & ego, & ego ipse qui uobis loquor, simul omnes adprehendere uolumus xpm; quid est adprehendere? Intellexisti adprehendisti, sed non sic iudaei, tu adprehendisti ut habes, illi adprehendere uolebant ut non haberent; & quia sic uolebant adprehendere, quid eis fecit? Exit de manibus eorum; non eum adprehenderunt, quia manus fidei non habuerunt; uerbum caro factum est, sed non erat uerbo magnum, eiceste carnem suam de manibus carnis; mente uerbum prendere, hoc est xpm recte prendere; & abiit iterum trans iordanem in eum locum ubi erat iohannes baptizans primum, & mansit ibi, & multi uenerunt ad eum, & dicebant, quia iohannes quidem signum fecit nullum; Meministis uobis dictum de iohanne, quia lucerna erat, & diei testimonium perhibebat; quid ergo isti apud se dixerunt? iohannes signum fecit nullum; Nullum inquit miraculum ostendit iohannes, non daemonia fugauit, non expulit febrem, non caecos in luminauit, non mortuos suscitauit, non tot milia hominum de quinque, uel septem panibus prauit, non super mare ambulauit, non uentis & fluctibus imperauit, nihil horum fecit iohannes, & totum quid quid dicebat, huic testimonium perhibebat, per lucernam ueniamus ad diem; iohannes signum nullum fecit; Omnia autem quaecumque dixit iohannes de hoc, uera erant, ecce qui prenderunt, non quomodo iudaei uolebant prendere discedentem, adprehenderunt isti permanentem; Denique, quid sequitur? & multi crediderunt in eum.

INCIPIT SERMO XLVIII AB EO QUOD SCRIPTUM EST. ERAT AUTEM QUIDAM LANCUENS LAZARUS ABETHANIA USQ. AD IO. SED ABIIT IN REGIONEM IUXTA DESERTUM IN CIUITATEM QUAE DICITUR EFFREM ET IBI MORABATUR CUM DISCIPULIS SUIS.

Inter omnia miracula quae fecit dñs noster ih̄s xps, lazari resurrectio praecipue praedicitur, sed si attendamus quis fecerit, delectari debemus potius quam mirari; Ille suscitauit hominem, qui fecit hominem, ipse est enim unicus patris, per quem sicut nostis facta sunt omnia; Si ergo per illum facta sunt omnia, quid mirum est si resurrexit unus per illum, cum tot cotidie nascantur per illum? plus est homines creare, quam resuscitare; Dignatus est tamen & creare, & resuscitare, creare omnes, resuscitare quosdam; Nam cum multa fecisset dñs ih̄s, non omnia scripta sunt, sicut idem ipse sc̄s iohannes euangelista testatur, multa dñm xpm & dixisse & fecisse, quae scripta non sunt; electa sunt autem quae scriberentur, quae saluti credentium.